

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper, likely from an old book or manuscript. The left edge features a red binding material, possibly thread or cloth, which is visible as a series of small, dark, irregular marks. The right edge has several dark, horizontal ink marks, which appear to be bleed-through from the reverse side of the page. The paper itself shows signs of wear, including creases and discoloration.

卷之三

Hannover die letzteus 3 Brüder

(= 44) 1) Sanderius, Johannaes da

Sphaerium apud certiorum.

(Leipzig: Druckerei des Caposthofs, 1485-1489)

Hain 14 215

BMB. II, L. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vesimus, Maffeiis (nicht: Vitruvius?)

De veritate et phalsa lettha
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain 14 943

BMB. II, L. 632

3. Tobullus Altimus:

L. 8

(= 46) Elegia de amore et amitibis (Merck 1486)
Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach L. 8 27

NVPTIALI SACRO
Generosiss: ac Nobiliss: Domini,
D N. H E N R I C I
A W A L D S T E I N , B A R O-
N I S , A R N O V I Æ D O M I N I ,

E T

Generosæ ac nobiliss: virginis, MAGDA-
LE NÆ; Generosiss. ac nobiliss. Domini, Domini
VVENCES LAI, BVRGGRAVI à DONA,
BARONIS; Domini Leucaugezdecij;
F. dilectiss.

Arnouiaæ Bohemorum, V. Id. Aprilis,
M A T R I M O N I U M , C H R I S T I A N .
Prisco ac laudatiss, more, contrahentium;

Necessitudinis atque amoris gratia:
ab Affin. & Frr.

Dicatae Euphemiæ.



F R I B E R G Æ
Georgius Hoffmann imprimebat,
Anno 1595.

Insignia Gentilitia Burgrauiorum à Dona, Baronum.



Ad illustr: ac Generof: Dn. Spons: Epigramma.

Quid pendes animi; sponse, rigentib;
Signa hæc aspiciens aspera cornibus;
Armatamq; trucis præsidio feræ,

Masclà fronte viraginem;
Noli læuia sagax omina fingere;
Ceruam, sponse, capis; Non sobolem,
horrida (educant
Qualem aut Hercynia, aut montibus
Sudetum nemora aujs:

Demissæ obseruantiaæ studio

Ceruam, sponse, capis, propitio data tam
Iouâ, quæ thalami ius sibi destinat;
Quam DONÆA tibi dant iuga; no-
Nymphæ nobilis è sinu. (bilem
Illam ergo, vt tenera est, sic teneram
foue; (gas;
Reddet digna satis præmia: Quæ; ro-
An plus cerua queat; q̄ tenero nouos
Subinde hinnuleos satu;

M. Ioan. Friderich. VVolfeshusius,
Annphæb: Gymnasij Rect. F.

Euphēmia Gamica.

Dicite iō, Proceres, linguisq; animisq; favete;
Nam redit alma dies, faustis advecta quadrigis:
Post Boream Zephyri, rigidæ post frigora brumæ,
Aëra, nunc iterum placidis subeuntibus auris,
Mulcent, nunc iterum radiat post nubila Phæbus.
Usq; adeò in terris miscentur tristia lœtis.
Dicite iō, Proceres, linguisq; animisq; favete.
Immites hyenſ (eheu) ventosq; minaces
Sensimus, hoc ponto in terreno, messe prioris
Anni, dum mœsti fratrum dilecta duorum
Pectora flebamus, flebamus fata sub annis
Heu nimium teneris, nimium iuvenilibus, & nos
Illorum orbatos conspectu vescier aurâ
Tristè querebamus planctuq; & voce, Tonantis
Sed precor ac omnes testor, contraria nunquam
Nostra sit yt menti mens, dictis atq; voluntas.
Dicite iō, Proceres, linguisq; animisq; favete;
Versas namq; vices nunc in meliora videmus,
Plaudere sponsorum dum fas, dum ius hymenæis
Rursus, & acceptos ex corde fugare dolores.
Munere pro tali terræq; poliq; Dynastæ
Summo quis tandem dignos exolvet honores?
Nemo valet, vincunt nostram dona illa loquela,
Nos quibus immeritos cùmulaat redditq; beatos.
Sanè nil festis est coniugalibus vñquam
Dignius, augustum nil tam, nil laude ferendum
Tantâ, quippè DEI quæ summo Gnatus honore
Ritè secundavit, vitreis ubi fecit Iacchum
Ex lymphis rutilum, & sacris miracula tædis
Prima Galilæis sic consecravit in oris.

Sanctius

Sanctius an quidquam geniali fœdere dicam
Præterea : de quo pangendo conditor arvis
Mox tulit Elysij legem, dixitq; verendo
Orc ; bonum non est hominem sine fœdere lucti
Esse vagum, nam si cernas animalia passim
Cætera, bina etiam nexu iunguntur amico.
Humanas quod si scelus est subvertere leges :
Reprobe quid tentas magni sacra scita Parentis
Temnere, dum thalami rescindis pacta iugalis :
Illa etiam gentes duxere colenda profanæ,
Hinc Plato scriptorū primus, princepsq; Sophorum
Multam his ponebat, vitâ qui cælibe septem
Lustra supergressi thalami non vincula subiissent
Legitimi; thalami quin vincula ferebat, ut inde
Cultores superum post fata suprema manerent.
At tibi subiçio quid talia, Sponse, Lycea
Qui dudum Aonidum lustrasti docta, perenne &
Hinc decus, & magnâ nomen cum laude tulisti :

Ergo thoro socio iungens, Henrice, sororem
Selectam à IOVA selectus, iussa capessis
IEHOVÆ. Felix IOVAM qui tramite recto
Subsequitur, legesq; eius sub corde volutat.
Dicitur en supplex soror, en tibi nupta, tuoq;
Arbitrio totam sese submittit, ab uno
Te pendet, vitæ comitem fatiç fidelem
Excipit amplexu fido. Nil terra probato
Pectore maius habet. Fortis tibi Magdalis instar
Arcis erit totum cui te committere tutò
Intrepidus possis : Sed erit tibi nexus aviti
Cordi etiam generis, multoq; ligabit amore
Pectora, Sponse, Genus longo qui ducis avorum

Ordine

Ordine præclarum, meritisq; celebre probatis.
Nec fabor nostri quâ olim virtute parentes
Iuncti & amore tuis communia fœdera priscâ
Servârint irrupta fide; Pulchrum ergo deinceps
Perdurare eadem sera vscq; ad seclâ nepotum.
Atq; en spem nobis iam firmam; En Numinâ votis
Aspirant, almo dum nutu stemma vicissim
Vincit vtrumq; D E V S, vincit compagibus arctis.
Is pia corda probat, sanctum & virtutis amorem,
Qui patet hinc, dotem virtutis, & integra prudens
Pectora quôd captes; decus est legisse probatos.
Dicite iō, Proceres, linguisq; animisq; favete.

Te porrò, Germana, decet quoq; gaudia vultu
Testari, in thalamum dextrè quôd Numine sponsus
Propitio talis venit, quem fama decusq;
Æternum decorat, pietas quem sancta coronat.
Pectora nempè IOVÆ dicit manus, illaq; iungit ..
Dextra DEI, & dulci connectit pignore pacis. ..
Hæc vobis aderit votis si ritè vocetur.
Et licet adversi casus ventiq; furentes
Vos agitent, tutâ servabit sede repostos.
Quis metuat mundi casus? quis dæmonis astus
Etrabiem stygij, DOMINI si noverit umbrâ
Se tegi, & angelica duciq; regiq; cohorte?
Hæc tibi spes, alta CHRISTVM sime recondes
Constans, si VERBVM noctesq; diesq; revolves
Illijs. In VERBO CHRISTVS se donat, in illo
Et vires subdit solidas, vitamq; sub illo ..
Æternam posuit, Regniq; beatu futuri ..
Munera. Qui verbum tenet is tenet omnia ..
Quin etiam vitæ radix, soror optima, nostri (dives.

A 3

Extendet

Extendet generis ramos, qui sidera tangant,
Perpetuumq; DEO gratum pæana beati
In cœlis resonent, & iò super æthere cantent,
Dicite iò, Proceres, linguisq; animisq; favete.
Fine hoc Christigenū duratq; vigetq; propago,
Vt IOVAM celebrans, mittat de more nepotes,
Qui Christi decorent, generosi germinis instar,
Tempe, iucundum spirentq; decenter odorem.
Hunc ergo vestris hunc plantis vos quoq; I O VÆ
Hortum ornate sacrum, parvos educite natos.
Quod supereft; vobis, Sponsi, sacra Flaminis aura
Suaviter aspirans motas Aquilone procellas
Componat, nubesq; fuget, solemq; reducat,
Sublimes donec ferat alti ad sidera cœli,
Hic vbi vita, quies, & lux optata refulget,
Cui D E V S haud metas vñq; nec tempora ponet.
Dicite iò, Proceres; RATA SVNT, RATA,
dicite, VOTA,

Vladislaus Burggravius
à Dona Baro, Annæber-
bergæ Mysorum F.



Á L I A.

DVm Mahometigenæ ferro grassantur & igni,
Immanique iugo libera colla premunt :
Dum iam Pannoni pars heu cultissima regni
Tristè gemit, sœuis præda relicta viris:
Dum panefacta graui quoque patria terra periclo
Hæret, & accitos cogit in arma duces :
Quid tu, quid nimium fidenti pectore versas,
Qui nunc sacra thori foedera, Sponse, paras ?
Sunt hæc tranquillis (id nōst in) idonea rebus ;
Non bene Martis opus iungitur, & thalami.
Namque hic nil nisi læta, nisi iucunda, merisque
Mollibus apta iocis fert tibi faustius hymen.
Nil fert sponse nisi plausus, nisi vota, Chreas,
Nil nisi festiuis tympana iuncta modis.
Dirum illic lituique tremunt, & classica cantant ;
Pax fugit, ora minis plena ; crux manus.
Pectora trux armat furor vndique, & vndique cædes
Cædibus, agminibusque agmina miscet atrox.
Ast animum subixt (nisi fallor) turbine rerum hoc
Non corda esse pijs abi*xi*cenda nimis.
Namque placent, rerum autori, & placitura manebunt.
Vindice sarta DEO, vindice tecta DEO ;
Quæ semel esse, semel fieri quæ iussit, & inde
Quæ regno pariunt agmina larga suo.
Ipse licet fracto labatur cardine Mundus ;
Tuta viget Christi turba, tegente DEO.
Ergo thorum fidenter adi, thoros hortulus ille est,
Qui cœlo plantas educat, atque DEO.
Hunc colere vnanimi vult binos pectore vincitos :
Extra hunc corda ferè prava libido necat.

Ergo

Ergo thorūm intrepidus pete, Sponse; Est autor amoris
Connubijꝝ Deus, nunc quoꝝ fautor erit.
Ut lubet, hostis atrox furat, impleat omnia turbis,
Christigenisꝝ necem, tormenta, flagra paret.
Mansura est certè saluis Ecclesia plantis,
Quas offert Sponso sedula Sponsa D E O.
Vota valent etiam, pia vota, animo edita recto;
Quis dubitet, Iouæ vox facit ipsa fidem.

Otto Burggrauius
à Dona Baro, An-
næbergæ F.

cl. I. XCV.



Fa 1388,
80



100



101

101

101

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101. *Dieß ist ein sehr
guter und schöner
Gedicht*

101.

101.

101.

101.

101.

101.

101.

101.

Farbkarte #13



PTIALI SACRO
fiss: ac Nobiliss: Domini,
H E N R I C I
L D S T E I N , B A R O ,
RNOVIAE DOMINI,
ET
nobiliss: virginis, MAGDA-
enerosiss. ac nobiliss. Domini, Domini
LAI, BVRGGRAVI à DONA,
NIS; Domini Leucaugezdecij;
F. dilectiss.
æ Bohemorum, V. Id. Aprilis,
TONIVM, CHRISTIAN,
laudatiss, more, contrahentium;
udinis atque amoris gratia:
ab Affin. & Frr.
Dicatae Euphemiae.
FRIBERGÆ
rgius Hoffmannimprimebat,
Anno 1595.